



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

98. An Episcopus possit in votis Regularium dispensare.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XCVIII.

An Episcopus possit in votis Regularium dispensare.

Idem eruditissimus Sanchez *lib. 4. oper. Moral. c. 39. quest. ult. nu. 24.* quaduplici distinctione quaestionem terminat, ad quem lectorem remitto, ubi etiam videbitur an regulares exempti possint se subicere Episcopo sine licentia sui Prælati, quod & sic a libi discussimus.

QVÆSTIO XCIX.

Episcopus an ad ea in quibus Regulares exempti subiciantur Episcopo, possint ab ipso compelli censuris excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

Nullis in casibus ordinariam habere Jurisdictionem in exemptos ostendimus *parte secunda quest. 45. per tot.* an in casibus quibus Regulares illius jurisdictionis agnoscunt, possint subici penis & censuris paucis, non posse censemus, si tales privilegium habeant ne possint excommunicari, suspendi, vel interdicti: quale habeant mendicantis, ut constat ex eorum compendio *verbo exemptio nu. 23. & 24.* quod limita, nisi expresse concedatur ordinariis ut in iis casibus possint censuris latis contra exemptos procedere, ut ex variis Conc. Trident. locis colligere est.

QVÆSTIO C.

An religiosi afficiantur censuris ab Episcopo impositis contra accedentes ad Monasteria Monialium absque sua licentia?

Respondeo cum Martino Bonacino *in tract. de Clausura quest. 3. puncto 4. nu. 8.* Religiosos non exemptos affici præfatis censuris, quia jure communi subditi sunt Jurisdictioni & potestate Episcopi. Religiosi vero exempti non afficiuntur, quia excommunicatio fertur in subditos, *ita Quaranta verb. Monasteria Monialium vers. dubitari. Rodericq. tom. 1. g. Regul. 9. 45. art. 2. Sanchez li. 3. de Matr. d. 33. nu. 23. & alios citat & sequitur Barbosa de offic. & potest. Episcop. 3. part. alleg. 102. nu. 73. & contra Grassum par. 1. decis. lib. 2. c. 49. nu. 68. & alios.*

Obser-

Q99 2